V S V S.

Liquet & conjugium & virginitatem placere DEO. i.Cor:7.

VI. Vbi Angelus invenerit Mariam? nempe in conclavi. Sic enim habet textus: *Ingreſſus Angelus ad eam.*

V S V S.

Exemplo Mariæ mulieres ſe domi continean. Außgehen iſt nicht gut: daheim bleiben iſt beſſer. Gen: 34. 2. Sā: 11.

DE SECUNDO.

Salutatio: *Ave gratioſa. &c.*

V S V S.

1. Exemplo Angeli, imò ipſius Chriſti & nos ſalutemus libenter. Joh: 20.

2. Malefaciunt, qui Mariam hac Angelicâ ſalutatione adorant. Eſt enim ſalutatio non precatio Angelo mandata, & non nobis: nec vult DEUS gloriam ſuam dare alteri. Eſai:42.

3. Maria eſt benedicta, non benedicens nobis. Neſcit enim, ut & reliqui Sancti, & ignorat nos. Eſai:64.

DE III. LOCO.

I. Auditâ ſalutatione, turbata eſt ob ſermonem ejus.

1. Ma-